

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich
Dział (opys) 1


49. Pauli Georgii Austerii Liber Exercitorum. 1703.

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ім.
В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 4 (Бав.)
ОПИС 1
ОД. ЗБ. 49





Pauli Georgii Austenii
Liber Exercitiorum

Aô. 1703. d. 20. Nov.

Omnia conando docilis solertia vincit.



J. N. J.
Ex

1.

JOHANNES HÜBNER
Rect. Gymn. Martisburg.
Auctionibus
e

POLITICAE HISTORIAE
QUARTA PARTE.

et quidem

Speciali^{ex} Historiâ
de
PRUSIA
de

ALBERTO primô Duce
Prusiae.

ab A. 1525. usq. ad A. 1568.

Ultim. Magister ordinis idemq. primus
Dux Prusiae fuit. Quid in statu ejus Religi-
oso evenerit, supra dictum: reliquâ hâc locô
annectam.

Et primô quidem, sub eô magna Religionis
mutatio in Prusîa contigit, quâ ultimis

annis magisterii sui initium sumsit, et
primis annis Ducatus sui finem habuit.
Initio Reformationis Prusis Lutheran
na Religio arridebat et hoc eo magis quod
sub regimine Equitum Ordinis imbecillita
tem et defectu Pontificia Religio non
obscurè perspexerant, Regiomonti etiam
ultima supplicatio A. 1519. habebatur,
nec quisquam Lutheranam Religionem
suscipere prohibebatur.

Postea Magister Ordinis Teutonici ad
Conventum Imperii Noriberga habito, ibi
non solum audiebat D. ANDREAN OZ
ANDREAN concionantem de abusibus Ecclesie
unde magna cupiditate pro Religione
incendebatur; sed etiam domum repetens
D. Lutherum conveniebat, qui ei autor erat
ut habitum Equitum Ordinis Teutonici ex
eret, matrimonium iniret, et terras suas
in secularem Ducatum mutaret.

Sequenti 1523. anno Lutherus efflagitatus
Magistri Ordinis Teutonici, duos evangel
licos Theologos in Prusiam mittebat,
D. JOH. BRUNNEN, et D. PETERUS

et MANSTON, quos A^o. 1524. D. PAV^o V^o
uit PERATV^o sequebatur. 3.

et tandem Albert^o A^o. 1525. habitu Ordinis
Teutonici deposit^o, publicè se Lutheranum
ta. profitebatur, quod etiam episcopi faciebant,
on et A^o. 1526. liber ritualis ecclesiasticus
conscribebatur, et D. Sperat^o novos hymnos
ur ecclesiasticos componebat. A^o. 1527. Dux
m in matrimonium ducebat Danicam Prin-
cipem DOZOSHEA^o et D. Lutherum
en ad nuptias invitabat. Tandem A^o. 1530.
iti Augustina Confessio etiam in Prussia
publicabatur et recipiebatur.

Ne verò exariti aliunde petendi essent,
A^o. 1541. Regiomonti Gymnasium et tribus
annis post A^o. 1544. celeberrima Acade-
mia instituebatur.

Vix autem triticum Evangelii apud Prussos
progerminaverat, cum satanas zizania
jurgiorum et disfidiorum interfereret,
quibus Prussica ecclesia ab A^o. 1549. usq. ad

annum 1567. octodecim annos adeò pertu-
rabatur, ut calamitatis illius narratio le-
gi non possit, quin aliquis misericordiâ
commoveatur.

Ut breviter summarij rem describam, quia
proprie ad historiam Ecclesiasticam
pertinet, A. 1549. D. Andreas Osiander in
Prusiam veniens novas doctrinas in
aliquibus articulis præprimis de justifi-
catione secum afferebat. Huic se oppo-
nebant alii Theologi, præprimis D. Jo-
achim Morling et D. Franciscus Staser-
carus, et varia Colloquia habebant,
sed Osiander nihil remittere de suo vo-
lebat, sed aliquando dicebat: nolo
vinci, nolo vinci, et in hac sententiâ
perstabat, usq; ad finem vite A. 1552.

d. 19. Nov.
1552.

In initio credebatur interpositione et cen-
 surâ exterorum Lutherana Religionis
 Theologorum, controversiam hanc decidi
 posse, sed illorum sententia in diversum
 tendebant, et præterea propter turbulen-
 tum aulæ statum jam hæc, jam illæ partes
 superiores vel inferiores erant; liti etiam
 huic immiscebantur, qui simul Theologi
 et Politici videri volebant, inter quos pri-
 maris erat notus M. JOHANNES FRUCEVVS.
 A. 1553. D. Morling concione in vectivâ
 è suggestu habitâ fautores Osiandri gravi-
 ter læserat, ut hanc ob causam in exilium
 ageretur. Duci ejus causâ multæ supplices
 petitiones offerebantur, quas verò omnes
 rejiciebat: Tandem quadringentæ famine
 serie ac ordine ad arcem procedentes Ducis

conjugi literas supplices exhibebant,
in quibus petebant, ut Morling restituere-
tur, puteum etiam in arca arvis circumeun-
tes tres has flexanimas cantilenas can-
tabant. *2. If Gott vom Himmel sigelavien.
H wolle uns Gott gütlich segen. Forbarn
Lif mein o forre Gott.* Sed hęc omnia
Ducem nihil commovebant, quia Dux
grandævus cogitationem hujus rei
suscipere non valebat, et præterea ma-
lis consiliariis, quibus aures dabat, cinctus
erat. Primarius *PAVLVS SCALICIVS*
dicebatur, is ex Italiã venerat, et se
Italicum Principem ex familiã Scali-
gerorum professus erat; tantam etiam
benevolentiam Ducis sibi conciliabat,
ut ejus causã consilarii dignitatibus
dimoverentur, et alii ad honores pro-
moverentur. d. 20. Nov.

5.
Inter alias aspedas supra memoratus
JOHANNES FRUCOSUS a cernim, Osianori
propugnator et defensor ab eò etiam pen-
debat, qui quidem per hunc Scalichium
adversam partem graviter affligebat; sed
tandem panam meritam dabat. Non enim
deerant, ostensuri, Scalichium non Principe
sed rustico prognatum, adeoq; impostorem
esse. Depositi vero Consilarii, quibus Dux
aures negabat, ad Regem Poloniae Sigismun-
dum Augustum se convertebant, et impetra-
bant, ut denominarentur, qui in Prussia
politicas aequè ac Theologicas controversias
cognoscerent. Scalichius quidem titulo legati
in Galliam missus effugerat: Ejus vero
aspeda, MASTATA HORUS, JOHANNES
SCAVELL, et JOHANNES FRUCOSUS A.
1566. in sic dicto Kenigsbergi Regiomonti
capite plectebantur. Fiebat id die Simonis
et Judæ, unde Hexameter compositus:

Simonis Juda, Schnell, Horst, Funck interi-
ère. De Functiõ celebri Chronologiã disticho
hoc notum est:

Disce meõ exemplõ mandatõ munere fungi,
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπρασυνοῦ-

vnv.
Et hic erat litium finis, et brevi post ipse
Dux Aõ. 1568. vigesimo Martii decebat,
et eõdem die secunda ejus conjux Anna
Maria etiam commoriebatur. d. 22. Nov.

ALBERTVS FRIDERICVS

Dux Prusid

ab A. 1568. usq ad A. 1578. mor. 1618.

Filius prioris, qui quindecim annos attige-
rat. Apud Regem Polonid Sigismundum
Augustum Aõ. 1569. sacramentum dixit,
nec tantum libertatem religionis Augu-
stani Confessioni addictis; sed etiam,
quod appellationes in Poloniam attinet,
ad vitæ sud tempus egregia privilegia
impetravit. Alberti unicq filius erat,

nec quisquam præter eum Prusicæ lincæ su-
pererat, excepto Marchione Georgio Fride-
rico: quam ob causam Elector Brandenbur-
gicus Joachimus II. commodis suis invigilans,
à Sigismundo Augusto Rege Polonia A. 1569.
feliciter successu simultaneam investitu-
ram sibi suisq; posteris obtinebat.

A. 1573. hic Dux Albertus Fridericus Cliven-
sem Principem Nassach Leonoræ
in matrimonium ducebat: sed brevi ante
nuptias Dux infirmitate mentis afficie-
batur, ut, quid ei accidisset, nemo sciret.
Etsi sponsa urgebat, ut matrimonium hoc
impedimento non obstante consummare-
tur; attamen hoc rerum statu Ducatus
Prusicus adeo malè administrabatur, ut
multo ore alieno obrueretur. d. 23. Nov.
Tandem Marchio GEORGIVS FRIDERICVS
et proximi agnati A. 1578 concedente
Stephano Rege Polonia; sed Duce animo
agro ejusq; conjugè invitis et repugnantibus,

administrationem Ducatus suscipiebat.
Non obstante hac animi infirmitate
hic Dux Albertus Fridericus ex Clivensi
conjugis sua quinque filias suscipiebat:
nata maximam ANNAM haeres Electro-
ratus Brandenburgici JOHANNES
STENSDORF in matrimonium ducebat
tertia vero ELISABETHA hujus Principis
Parenti, JOACHIMO FRIDERICO Electore
Brandenburgico nucebat: ut pater et
filius matrimonio juncti essent ^{cum} duabus
sororibus ex eisdem nuptiis prognatis.
Cum nata maxima Anna in controversia
hereditatis Juliacensis ad domum Ele-
ctoralem Brandenburgicam pervenit:
de quo in prima parte sufficienter actum
est.

GEORGIUS FRIDERICUS

Administrator Prussiae
ab. A. 1578. usq. ad A. 1604.

Pater ejus erat Georgius Pius Marchio O-
rnoldsbacensis, atq. adeo ipse et Albertus

Fridericus ager animo Dux patruelles erant. 7.
Ducatum curatorio ^{tantum} nomine administravit.
A. 1587. D. JOHANNES WISSENDORF decede-
bat, cui per multos annos in Theologia cum
D. THEODORICO HECHTIO contentio fuerat:
quò tempore Prusfici Episcopatus tollebantur,
econtra verò duo magna Convocata insti-
tuebantur. d. 26. Nov.

JOACHIMUS FRIDERICUS

Electo Brandenburgicus
et Administrator Prusfici
ab. 1605. usq. ad A. 1607.

Præcedens Georgius Fridericus ultimus Prusfi-
ce lineæ fuerat, ut vi supra memorata simul-
tanea investitura de A. 1569. Successio
ad lineam Electoralem, cujus caput eò tempore
Electo Joachim, Fridericus erat: Equidem
duo eij fratres Christianus Culmbacensis,
et Joachim, Ernestus Onoldsbacensis volebant,
hereditatem æqualibus partibus divi-
di; sed nihil à Rege Polonia obtinebant,

et Elector Joachimus Fridericus solus
pro se suisque posteris A^o. 1605. investituram
consequerebatur; licet tantum Curator viven-
tis adhuc mente capti Ducis Alberti Frideri-
ci esset, ^{et} cuius filiam Eleonoram in matri-
monio habebat. Curationem duos tantum
annos gessit.

JOACHIMVS SEPTENTRIONVS
Electo Brandenburgicus
et Administrator Prusie
ab A. 1609. usq. ad A. 1619.

Filius antecedentis. Initio A^o. 1609. illi sola
administratio Ducatus Prusie concedebatur.
Quia vero desperabatur de mascula sobole
ab agro Alberto Friderico procreanda,
tandem A^o. 1611. pro se suisque tribus fra-
tribus ERNESTO, CHRISTIANO WIL-
HELMO, et JOHANNES GEORGIUS de Du-
catu Prusie investiebatur.

Tandem A^o. 1618. ager Dux ALBERTVS
FREDERICVS mortem obibat, qui, si usq.
ad mortem suam imperio prae-fuisset, ipse

ejusq; pater ALBERTVS, si anni conuulsi-
merantur, centum et quinque annos Prusiam
regnavissent.

Hic Elector A. 1614. Reformatum se profiteba-
tur, et duob; annis post A. 1616. cultus refor-
mata religionis primam Prusiam introduce-
batur. d. 29. Nov.

GEORGIUS WILHELMVS

Electo Brandenburgicus et Dux Prusiam.
ab A. 1619. usq; ad A. 1640.

Fili; antecedentis. Sub eò bellum inter
Gustavum Adolphum Regem Svecia, et
Sigismundum III. Regem Polonia
suscitabatur. Svecis igitur iter A. 1626.
in Regiam Prusiam dirigentib; in Ducali
Prusiam portum PILLAVIAN ^{et} propugna-
culum MÈNÉSTAN: ^{occupabant} cum etiam A.
1629. inducia sexennes fierent, ambo loci
in potestate Suecorum relinquebantur;
donec tandem A. 1635. omnia restitu-
erentur.

11 Eo regnante A^o. 1635. historia de homine
in Prussia cultrum deglutiente contigit
Rustic, e pag^o Grunenwaldensi septem
milliaria a Regiomonto distante, nomi
ne ~~Andreas~~ ~~Gravenaede~~, vomitum
concitatur, cultrum collo immitte
bat, sed imprudentiam per cultrum in
gurgitabat. ^{Miser} Pauper homo capite ad terram
inclinato, pedibusq^{ue} ⁱⁿ sublime sublatis,
cultrum elicere conabatur. Tandem haustu

2.3. Dec. cerevisia illum promovebat ad stomachum
Cum id divulgaretur, illi consulebatur,
ut Regiomontum se conferret, et faculta
tis medicae auxilium imploraret. Re pu
be deliberata, latere ejus secto, culter felici
eventu eximebatur. Figer impavid^o
anim^o spectans, quae fierent, chirurg^o
cultrum extrahente, letus dicebat: Hi
me, est culter. Duob^{us} annis post Rex V^o

St^o LAV^o IV. A^o. 1637. cultrum petiit, Re
postmodum vero Bibliotheca Regiom^o Re

tand donatus est. Rusticus uxore ductâ, 9.
de nullô morbô conqueſtus est.

Hic Elector aliquando Neuenhausii in Prusſiâ
commorabatur, moleſtôque è Regiomonte de
Polonis nunciô affectus: irâ plênâ, pomô è
patinâ arreptô, dicebat: Ita hoc pomum
per fenestram projiciâ, ut ſupremum Prusſiâ
dominium obtinebo. Sed fenestris omnibus aper-
tis, pomum tamen medium fenestral jugamen-
tum impingens repercutiebatur, de quô Elector
et miniſtri ejus non parum commovebantur.

FRIDERICVS WILHELMVS
Elector Brandenburgicâ et Dux Prusſiâ
ab A. 1640. usq; ad A. 1688.

Filius prioris. Aô. 1641. quidem Wladislao
IV. Regi Poloniâ sacramentum dicere coge-
batur: attamen postea ſupremum Prusſiâ
dominium acquiſivit. **D. 4. Dec.**

Cum enim Aô. 1655. CAROLVS QVINTVS
Rex Sveciâ JOHANNES CASIMIRO
Regi Poloniâ bellum inferret, Electori

Brandenburgico initio tempore ceden
erat, ^{id est} se submittebat
dum ^{id est} se submittebat
Cum vero Rex Johannes Casimirus angust
is urgeretur, Elector Brandenburgicus
particulari pace junctam cum Polonis,
supremum Prusiam dominium sibi pa
ciscebatur.

Hi Tractatus Velavici inchoati Bidgosi
vel Brombergi Anno. 1657. finiebantur,
unde jam PACTA VELAVICENSIA,
jam BIDGOSIENSIA, jam BROM
BERGENSIA vocantur.

Pactio his articulis constabat: 1. Ut
Ducatus Prusiam ab illo tempore supre
mum imperium jure ac potestate gau
deret: 2. Deficiente electorali linea
masculina Prusiam jure caducitatis
ad Poloniam rediret. 3. Sed Marchio
nibus Culmbaccensibus et Onoldsbacen
sibus jure feudi conferretur. 4. Tandem

den Elector Brandenburgic, urbem Elbingam 10.
tam diu possideret, donec Poloni quadringentos mille thaleros illi solvissent. d. 6. Dec.
Interea pax olivæ A. 1660. inter Regem Polonid, Regem Sveciæ et Electorem Brandenburgicum contrahabatur: ubi Poloni Elbingam Electori Brandenburgico tradere recusabant: sed de supremo dominio in Prusian Electori Brandenburgico conferendo fidem præstabant, ^{1400. 1700.} d. 18. Octobr. solenni actu Regiomonti publicabatur, et si turbulentis quibusdam animis Regiomonti id displicebat.

In moneta memoriali ensis et sceptrum decussatim collocatis sertorij intertexto ^{in Brandenburgico} cum inscriptione: PRO DEO ET POPULO: superne corona manutenebatur, radiisq; solis illuminabatur, cum inscriptione: A DEO DATA: In altero latere hæc verba legebantur: SVPERNO PRÆSTÆ DO- MINO FRIDERICO WACHÉLNO PRINCEPS ELECT. BRANDEB. HO-

MAGNVM PRAES. DE XVIII.

OCTOBR. ANNO 1663.

Electore Brandenburgico A^o. 1675. Germani Imperii partes contra Suecos defendente, Sueci A^o. 1678. copias Brandenburgicas distracturi, exercitus Du-

cem HENRICVM HORNVM cum

octodecies mille militib^{us} à Livonia in Prussiam mittebant. ^{Quia igitur} Brandenburgicum Memelid praesidium suburbia

combureret, ut eo fortis resisterent, ignis tecta urbis corripuens, maximam

partem in cineres et favillas redigebat. Elector Fridericus Wilhelmus

hyemalis temporis acerbitate non impeditus A^o. 1680. ope traharum

praeter opinionem Prussiam petebat, Suecosq^{ue} terris suis expellebat. 37. Dec.

Ceterum sub hoc Electore A^o. 64. fi-

lites inter Theologos, praep^{ri}mis aut

D. Christiano Treiero propter Syncretismum excitabantur; de quo in historiâ Ecclesiasticâ mentio fiet.

Inter ea in Brombergensibus Tractatibus A. 1657. etiam Reformatâ Religio privilegiis munita est, quæ brevi tempore in Prussia disseminata est.

Cum A. 1649. multi studiosi Regiomonti morte tollerentur, clarus M. Haldaricus Schönberg^{ger} numerus eorum erat. Hic mortuâ tertio aetatis anno luminibus oculorum amissis magnam doctrinam sibi comparaverat, ut non solum Mathematica et Musica Instrumenta tractare; sed etiam cum aliis sponsione factâ, orbem globis petere sciret.

FRIDERICVS III.

Electo Brandenburgico et Duce Prussiae
ab A. 1688. usque ad A. 1700.

A. 1690. Elector in Prussia profectus
fidelitates et hominia ipse suscipiebat.

A parte Polonorum Princeps Lubomirski
aderat, eius Polonorum nomine eveniente
casu homagium prestabatur. In moneta
in memoriam huius actus, aquila alas
vibrans, tenens Brandenburgicum sce-
ptrum, conspiciebatur, cum inscriptione:
PATRIÆ. VIRTUTIBVS. ORBEM.
Infrà videbatur Ducatus Prussia cum
inscriptione: FIDES ET FELICITAS
PROFEBUNT.

À. 1697. Elector iterum cum aulicis uni-
versis in Prussia commorabatur, cum
interea electio Regis Poloniarum perage-
tur. Eodem anno magnus Dux Moscovia
claudulum Regiomontum veniens, à pre-
sente adhuc Electore magnifice excipie-

d. 10. d. batur.

Tandem Elector À. 1699. urbis Elbinga possessi-
onem copiosius suis capiebat, ob non solutos qua-
dringentes mille thaleros à Polonis, postquam
verò satisfecerunt Electori, urbs Polonis re-
stituta est. Evolvatur supra historia de Po-
lonia.

Appendix
de
LIVONIA

12.

Preparatio.

Quæ conditio olim Livonia fuit?

Livonia olim latius patebat, quam hodie. Nam quatuor provincias continebat, Dued sita trans Dunam erant, nimirum ESTHONIA et LITVANIA. Dued citra Dunam nimirum CURLANDIA et SEMIGALLIA.

† Prisci incolæ Livones vocati sunt, et sine dubio Venedi populi fuerunt. Dicitur Romanus quidam nomine LUBO in terras has venisse vel legatus Julii Casaris, vel Escul fugiens Veronem, vel timore Attilæ à quò terra ipsa Livonia vel Livonia nominata est. Sed incertitudo temporis efficit, ut omnia in dubium vocentur.

† Hodie verò Curlandia et Semigallia peculi- ares Ducatus constituunt, et nomine Livonia dued posteriores provincia ESTIA et LETTIA intelliguntur.

† que in politico statu ac in ethnica Religi- one eadem jura et consuetudines cum finiti- mis Prussis habuerant. Avam ob causam de Livonia nihil notabile narrandum est usq; ad id tempus, quo hæc terra ad Christianam fidem conversa sunt. d. III. Dec.

Quando Christiana Religio in Li-
voniâ plantata est?

Ad. 1158. multi mercatores Lubecenses
et Bremenses ad has oras accedentes,
initio prædiolum coluerunt, UXXV
nominatum.

Brevi post **MATHARDUS** hactenus
Canonicus Ceebergæ oppidi Ptolætia
in Livoniam venit, et Ad. 1169. à Pon-
tifice Alexandro III. primus Livoniæ
Episcopus creatus est, quò munere inte-
gros viginti quatuor annos usq; ad
extremum halitum Ad. 1193. functus
est.

Sequens Episcopus **BERTHOLDUS**
vocabatur, Monachus Bremensis, hic
non solum præcipui in Livoniâ viri
CEBBE dicti ad Christianam fidem
conversi, magnam sibi benevolen-
tiam conciliaverunt; sed quia tum sanctæ
expeditio suscepta militaris erat;

multis Christianis persuadebat, ut contra **13.**
infideles Livones militarent.

Armis autem potius ad convertendos gen-
tiles quam verbo Dei usus, acie cadebat.

Ceterum hic Episcopus urbem RIGAM
condere cepit, et usque ad A. 1204. unde-
cim annos ecclesiam praefuit.

Tertius Episcopus ALBERTVS Canonicus
Bremensis erat, Rigam munitionibus
firmare cepit, et quia pauci Christiani
à tanta multitudine Ethnicorum tuti
non erant, A. 1204. sacrum Equitum
ordinem ensiferorum, in Livoniam
accivit.

Quartus Episcopus NICOLAUS Canonicus
Riga erat, sub quo Ethnici Rigam obsidi-
one cingebant, sed irritò successu.

Quintus Episcopus ALBERTVS tandem. A. 1219.
à Pontifice Innocentio III. primus Livoniae Ar-
chiepiscopus creabatur. Huic novo Archiepisco-
patui vicini Episcopi in Prussia subjiciebantur,
qui hactenus Archiepiscopum Bremensem agnoverant.

Et ab eo tempore Christianismus in Livonia non defecit. d. 13. Dec.

III.

Quomodo Livonia administrata fuit, postquam in Christianorum potestatem venit. Credacta est

Ao. 1204. abhinc annos plus minus quingentos sacer Equitum Ordo in Livoniam venit. Et Ao. 1561. Livonia ditioni Regum Poloniae et postea Regum Sueciae subjecta est. Hoc modo historia de Livonia sponte sua in duas PERIODOS abit.

Prima PERIODUS ab Ao. 1204. durat usque ad A. 1561. complectens 357 annos, quibus Livoniam sacer Equitum Ordo ^{tenet} tenuit.

Secunda PERIODUS ab Ao. 1561. durat usque ad A. 1700. continens 139. annos, quibus Livonia secularibus Regibus paruit.

De Livonia sub equitibus

IV.

Qui Equites Livoniam gubernaverunt?
 Primi Ensiferi fuerunt. Illi A^o. 1200.
 et quidem, ut communiter tradunt
 scriptores, in Palaestina orti sunt. Hos
 Rigensis Episcopus Albertus A^o. 1204.
 in Livoniam arcessivit, qui terras has
 triginta quinque annos moderatus est.
 Quia vero hic ordo Gentilibus resistendis
 impar erat, ensiferi A^o. 1239. cum ordine
 Cruciferorum in Prussia conjuncti sunt:
 Et ab e^o tempore Livonia ducentos septu-
 aginta quatuor annos magister provin-
 cialis prae fuit, qui tamen Magistro Prus-
 siae subditus erat.
 Tandem Waltherus Plettenbergius A^o.
 1513. superioritati Magistri Ordinis
 Teutonici in Prussia Alberti, ex soluta
 certa pecunia summa se subtraxit:

Ex quo tempore Livoniam quadraginta
otto annos Magister Exercitus, nem
nem superiorem agnoscens, tenuit. d. 160
Dei m

Hinc patet, tres mutationes sub guber
natione equitum in Livoniâ contigisse. t
enim tenuerunt.

1. Ensiferi ab A^o. 1204. usq³ ad A. 1239. i
sic triginta quinq³ annos.

2. Magistri provinciales Prusici ab A^o.
1239. usq³ ad A. 1513. nimirum 274. an

3. Magistri exercit^{us} cum summâ potestat^e,
ab A^o. 1513. usq³ ad Annum 1561. adeoq³ q^u
draginta octo annos.

V.

Qui magistri Exercitus ensiferorum fue
runt?

V^o ANNO de Rohrbach.

ab A^o. 1204. usq³ ad A. 1223.

Ab Equite Ordinis Ensiferorum scilicet
ferrô confodiebatur. Sicari⁹ Wigbert co
vocabatur. Eodem tempore Waldemarus
Rex Daniæ vehementer laborabat, infideles
Livones ad Christum convertere. Quo t^{em}

15.
Anno. 1219. in praelio in Livoniam commisso
celebratissimum vexillum Dannebroge de
quo decidisse dicitur, de quo in historia Dani-
dei mentio facta est. a. 17. Dec.

VOLQVINVS

de Winterstat

ab A. 1223. usq. ad A. 1238.

idebat se cum Ordine suo non emerfurum
se, hinc Hermanno de Saltza Magistro
Prussid significabat, sibi placere conjuncti-
nem cum Cruciferis. Sed differebatur
hoc propositum, quia Pontificis approbatio
requirebatur. Interea Volquin, cum quad-
raginta octo ensiferis a Gentilibus Anno. 1238.
occidebatur, nec Pontifex Gregorius IX. postea
sequenti anno in conjunctionem consentire
dubitabat. Interea Waldemarus II. Rex
Danie Gentilibus resistebat, et Anno. 1238.
pars Livonia Estia vel Esthonia dicta se
subjiciebat.

VI.

Qui Prussici Magistri Provinciales Prus-
siam administrarunt?

HERMANN BECK.

ab A. 1239. usque ad A. 1245.

Huic Magister Prusie Herrman de Salze
in Livoniam misso nomen Magistri Provincialis imponebat. Prius Magister Provincialis
in Prussia fuerat.

HENRICVS de Heimburg

ab A. 1245. usque ad A. 1247.

hunc extipiebat

DJETRICHVS de Groningen

ab A. 1247. usque ad A. 1250.

ANDREA de Strickland

ab A. 1250. usque ad A. 1256

EBERHARDVS comes de Sajn

ab A. 1256. usque ad A. 1258.

HANNO de Sangerhausen

ab A. 1258. usque ad A. 1261.

Postea Magister Ordinis Teutonici in Prussia designatus est.

BRECKHARDVS de Hornhausen

ab A. 1261. usque ad A. 1264.

In prelio in Livonia commisso cecidit.

GEORGIVS de Eichstädt

ab A. 1264. usq; ad A. 1267.

In quibusdam catalogis non reperitur.

WERNER de Breithausen

ab A. 1267. usq; ad A. 1269.

CONRADVS de Wändern

ab A. 1269. usq; ad A. 1272.

OTTO de Rodenstein

ab A. 1272. usq; ad A. 1274.

Cum quinquaginta duobus Equitibus Ordinis
sui à ~~Lithuanis~~^{Lithuanis} occidebatur.

ANDREAS de Westphalen

ab A. 1274. usq; ad A. 1275.

Ille etiam à Lithuanis trucidabatur.

WALTRAERVS de Nordeck

ab A. 1275. usq; ad A. 1278.

ERNESTVS de Roszburg.

ab A. 1278. usq; ad A. 1279.

Cum unô et septuaginta Equitibus Ordinis
sui à Lithuanis occidebatur.

CONRADVS de Feuchtwangen

ab A. 1279. usq; ad A. 1281.

Postea Magister Ordinis Teutonici electus et
suamq; sedem Marpurgum in Hasciam
transtulit.

WILHELMVS de Schürburg
ab A. 1281. usq; ad A. 1287.

A Sengallis cum triginta tribus Equitibus
Ordinis sui cedebar.

CONRADVS de Hertzogenstein
ab A. 1287. usq; ad A. 1289.

BOZHO de Hogenbach
ab A. 1289. usq; ad A. 1294.

HENRICHVS de Dumpeshagen
ab A. 1294. usq; ad A. 1296.

BRUNO
ab A. 1296. usq; ad A. 1298.

GOTTFREDVS de Rogga
ab A. 1298. usq; ad A. 1307.

CONRADVS de Jocke
ab A. 1307. usq; ad A. 1326

EBERHARDVS de Mannheim
ab A. 1327. usq; ad A. 1341. d. 18. Dec.

BVRCKARDVS

de Drey Löwen

ab A. 1341. usq; ad A. 1347.

sub eò equites A. 1346. partem Livonia
 Esthiam dictam à Waldemaro III. Rege
 Danie octodecim millib; selibrarum argen-
 susi (marcarum) emebant, de quò in historia
 Danicâ. Alii scribunt, hoc sub sequenti ma-
 xistrò factum esse

GOCWVN de Ercke

ab A. 1347. usq; ad A. 1360.

hunc sequebatur

ARNOLDVS de Fittinghoff

ab A. 1360. usq; ad A. 1363.

WALHELVN de Fimersen

ab A. 1363. usq; ad A. 1374.

COBBE vel FOB de Hülßen

ab A. 1374. usq; ad A. 1394.

WALDINAR de Brüggney

ab A. 1394. usq; ad A. 1403.

CONRADVS de Fietinghoff

ab A. 1403 usq; ad A. 1413.

JHETRVN Türcke

ab A. 1414. usq; ad A. 1418.

SEYFERT de Spanheim
ab A. 1418. usq; ad A. 1425.

CYRIL de Rautenburg
ab A. 1425. usq; ad A. 1437.

FRANCKO de Kersdorff
ab A. 1437. usq; ad A. 1439.

HÉNRICH de Buckenode
ab A. 1439. usq; ad A. 1442.

HÉDÉNRECH Fincke
ab A. 1442. usq; ad A. 1452.

HANS OSTHOF de Mengeden
ab A. 1450. usq; ad A. 1470.

Cum Sylvestro Archiepiscopô Rigenfi
Jurisdictione vehementer contendebat,
Archiepiscopum etiam in carcerem mittebat
in quô hic etiam mortem obiit.

HANS de Waldhausen
ab A. 1475. usq; ad A. 1477.

Depellebatur ab officio, (deponebatur)
vitamq; suam in carcere transigebat.

BÉRNHARD de Burg
ab A. 1477. usq; ad A. 1486.

post eum

HANS FREYDACH

de Bringhauwen

ab A. 1486. usq₃ ad A. 1495.

WALTER de Plettenberg

ab A. 1495. usq₃ ad A. 1513.

Ultimus fuit, Magistro Ordinis Teutonici subjectus.
Cum enim ultimo Magistro^{ro} Ordinis Teutonici
Alberto Brandenburgico ad bellum Polonicum
multa impense opus essent, accepta certa pecunia
summâ hunc Magistrum Provinciale Lioonia
ab omni dominatione liberum renunciabat. d. 20. Dec.

VII.

Qui tandem liberi Magistri Exercitus Lioo-
niam tenuerunt.

WALTER de Plettenberg

ab A. 1513. usq₃ ad A. 1535.

Non solum illi, ut supra dictum, ab Alberto
Magistri Ordinis Teutonici supremum domi-
nium concedebatur; sed etiam Imperator il-
lum in numerum Principum Imperii cooptavit.

HERMANN de Brüggenev

ab A. 1535. usq₃ ad A. 1549.

hunc sequebatur

HANS de Recke.

ab A. 1549. usq₃ ad A. 1551.

HEINRICH de Galen
ab A. 1551. usq; ad A. 1557.

Sub eò lites cum Archiepiscopò Rigenſi iniquum capiebāt. Is WILHELMVS, origine Magis-
chio Brandenburgicus, vocabatur, qui inſcien-
te Canonicorum Collegiò Chriſtophorum Ductum
Megapolitanum Coadjutorem elegerat, cui facti-
cto Exercitijs Magister contradicebat.

WILHELMVS de Fürſtenberg
ab A. 1557. usq; ad A. 1559.

Competitorem habebat Casparum de Nünſter,
hic repulſam ferens, Wilhelmo Archiepiscopò
Rigenſi ſe ſociabat, et cum Sigismundo Augu-
ſto Rege Poloniæ periculosa conſilia commun-
cabat: quam ob cauſam Magister Exercitus Wi-
helms Archiepiscopum Wilhelmum captivum
ducebat. Verùm Sigismundus Augustus Reges
Poloniæ ſe interponens, urgebat, ut Archiepi-
ſcus reſtitueretur. d. 28. Dec.

GOTTHARD KETTLER.

ab A. 1559. usq; ad A. 1561.

Noſci perſpicientes, Polonos Livoniam
inhiare, idem jus, quod alius ſibi arrogabat
ſibi tribuebant, quam ob cauſam A. 1559.
horribili irruptione in Livoniam facta,
ſuprà memoratum Magiſtrum Wilhelmum
de Fürſtenberg cum multis millibus Livon-

abducebant in Moscoviam, ubi clavis trucidati
canibus objiciebantur. 19.

Ordo quidem hunc novum Magistrum eligebat:
itaque vero Moschi à skvitiis suis non desistebant,
Magvas in historiâ de Rusiâ prolixè exponemus:
Enic Gotthard Kettler pactione cum Sigismundò
Augustò Rege Poloniâ invitâ A. 1561. totâ Livoniâ
saccedebat, reservatâ verò sibi Curlandiâ et Sem-
galliâ titulò Ducatus secularis feudatariò jure
possidendis.

Caput II.

De Livoniâ sub Regibus.

VIII.

Qui Reges Livoniam tenuerunt?

Et si ultimè exercitùs Magister totâ Livoniâ Polo-
nis cesserat, Rex tamen Poloniâ plenam Livoniâ
possessionem adipisci non poterat; Moscis enim
et Suecis cupida etiam partis opimè prædâ in-
cessebat; et ^{unde} ideo centum annos nempe ab Annò

1561. usq; ad A. 1660. de Livoniâ non sine ^{magnis} bellis
et fragibus bellum gestum est; donec tandem 1704.
Suecis in Oliveni pace sponsa petita maneret. d. 3. Janu.

IX.

Qui Reges de Livoniâ bellum gesserunt?

Rex Poloniâ, qui A. 1561. ab ultimò exercitùs
Duce totam Livoniam adeptus est, SIGISMUNDVS
AVGVSTVS vocabatur.

Èo autem tempore in Moscovia celeberrimus Tyrannus IOHANNES BASTARDUS rerum potiebatur, qui agrè hoc ferens Polonis bello illato Livoniam igne ferroq; vastabat. Urbs RÈVÈLTA à Moscis sibi timebat, et tamen aversò à Polonis erat animò: hinc urbs et adjecta Esthonia An. 1561. ERZCOXII Regi Sveciæ se dedebat;

Et sic Livonia sublatò Equitum ordine tribus eodem tempore dominis parebat, quorum quilibet totam affectabat: nimirum 1. SIGISMUNDO AUGUSTO Regi Poloniae 2. ERZCO XIV. Regi Sveciæ, 3. IOHANNES BASTARDUS Magno Duci Moscoviæ. Quia verò juxta proverbium una domus non duos multo minus tres alit catulos, misera tum Livonia erat facies. d. 4. Jan.

Eodem tempore An. 1562. Johannes Dux Finlandiæ, Erici XIV. Regis Sveciæ frater, in matrimonium ducebat Polonicam Principem Catharinam, quò etiam tempore Sigismundo Augusto Regi Poloniae octoginta millia thalerorum mutuo dabat, in cuius pecuniam securitatem illi Wittenstein, Karchis, Frichtad, Helmud, Ermis, Ruja et Bortrick arces Livoniæ pignori opponebantur, quia verò Rex Ericus, Johanne fratre suo An. 1563. in carcerem conjecto, ejus bona sibi addicebat, nominatè etiam arces Livoniæ in potestatem Regis Sveciæ veniebant.

Postea vero A^o. 1568. Erico Rege Sveciae mor-
 tuo, et Sigismundo Augusto Rege Poloniae
 alterum pedem in cymba Charontis habente,
 (morti vicin^o) Johannes Basilides Magnus
 Dux Moscoviae totam Livoniam sibi tribu-
 ebatur, et A^o. 1570. MAGNVM Ducem Holste-
 tid Friderici II. Regis Daniae fratrem Re-
 gem Livoniae constituebatur.

Hic novus Rex Livoniae, Mariam Moscoviticae Principis
 conjugem ad junctam, integras illas terras
 in ditionem et potestatem ^{revertitur} restituebatur. Sed
 A^o. 1571. Revātid urbis obsidionem solvere
 cogebatur, et cum A^o. 1577. denuo obsidione
 urbem cingeret, non felici conatus ejus proce-
 debant. d. 7. Jan.

Quo factis Magni Dux Moscoviae A^o. 1577.
 Livoniam invadens, Marienshausio, Duneburgo,
 Kockenhausio, Wendia aliisque locis expugnatis,
 ubique fando parum auditam scitiam exercebat.
 In urbe etiam Wendia Regem Magnam capie-
 bat; qui vero in arce erant post usum sacrae
 Synaxis, in eodem conclavi congregati incensio
 pulvere tormentario ad evitandas horri-
 biles cruciatus in aërem se ejicie-
 bant.

Tandem Johannes Rex Svecid et Stephanus
Rex Polonia deplorato statui Livonid inde
lentes A^o. 1579. fœdus contra Moscos facie
ebant. In hœc bellô arma Svecorum Duce Li
celli gloriâ clarissimô Pontô de la Gardie
prosperè procedebant, ut A^o. 1580. Keckhol
mum et A^o. 1581. validissimum propugnacip
lum Narvam violentid impetu cape
rent.

Hic felix Polonorum successus invidiam
^{Polonorum} concitabat, ut et Rex Stephanus dice
ret: Dum ipse plagas et retia custodiret,
à Svecis apros capi. Et præterea Tyran
nus Johannes Basilides simulabat propen
sum animum Pontificiam Religionem sulci
piendi, ut ipse Pontifex in pace conciliat
dâ multum operâ poneret, quæ A^o. 1582
inter Polonos et Moscos componebatur,
His conditionibus, ut utring occupata lo
ca redderentur, et ut Moscos de jure in
Livoniam à se vindicatô cederet. A. S. Jan
In hâc pace Sveci non includebantur, sed reti
ctâ Zevaliâ unâ cum, Estriâ bellum cum Mos
scis continuabant. Equidem A^o. 1592. conting
bat, ut Sveci et Poloni eidem Regi parerent.

nimirum Sigismundo III., quâ occasione 21.
Poloni in rem suam usuri, Regem blandis
verbis deliniebant, ut Suevicam Partem
Livonia Poloniâ adjungeret: sed eò adduci
non poterat.

Brevi post Sueci, hâc Rege depositô, Carolus IX.
patrum ejus in locum ipsius A. 1600. sufficiebant.
Hic jam antea A. 1595. pacem cum Moscis fece-
rat, in quâ retentô Kexholmio de jure in Livo-
niam cedebant: postea Sueci et Poloni denuo
inter se contendebant, utri Regi Livonia
deberetur: ubi non negandum Polonos in-
tempestivô religionis suâ propagandæ studio
animos Livonum à se alienavisse.

A. 1600. initium belli fiebat occupatione exigui
momenti urbium. Præcipua expugnatio urbis
Borckæ erat, in quâ Suecis præda erat Polonici
belli Ducis Favensbachii ingens thesaurus.
Hic belli Dux interrogatus, cur non tempestivè
illum in tutô collocavisset? magnô animô respon-
debat: Ut Carolus victor intelligeret, sibi non
cum homine nihili rem fuisse.

A. 1601. Carolus IX. Rex Suecia urbem RIGÄN
primâ vice frustraneâ obfidione cingebat:

Hoc Polonicum belli Ducem ZACHARIAM
ad tantam iram concitabat, ut Regem ad
singulare certamen provocaret: sed respon-
sum ferebat: Non es mihi par; si par es, es,
non armis te, sed fuste depexum et unctum
darem.

Hoc factò bellum continuabatur, et Riga A^o.
1605. secundâ vice et A^o. 1609. tertiâ vice à
rolò Rege Sveciâ frustra oppugnabatur.

Succedebat postea in Regnò Svecicò bellico-
Gustavus Adolphus, cui prima cura erat, ut
Mosico bello honorabili pace A^o. 1617. se libe-
raret et levaret, quâ A^o. 1620. impetratâ
cum Polonis ob Livoniam bellum gerebat. d. 11 m.

A^o. 1621. RIGA à Svecis obsesa post sex se-
ptimanas capiebatur. Rex ipse præsens in
vite discrimen veniebat. Aliquando Rex in
locò editò aliquid observaturus; vix autem
locum mutaverat, ^{cum} globus tormentarius
pristinam ejus stationem feriebat, equo con-
sistens prope patibulum Rigense fuorum
aliquis ad latus ejus glande è tormenti
emissa ictus Regem sanguine suo resperge-
bat.

Felici hoc armorum successu viennes indu-
cia fiebant, quæ A^o. 1623. ad duos annos
prolongabantur: Interea Dux Curlandiæ
Regi Sveciâ se subiciebat, et A^o. 1625.

Gustavus Adolphus brevi temporis spatio re-
fiduam Livoniam sub potestatem ^{suam} ~~suam~~ redi-
gebat.

Postea A^o. 1629. Svecicum Polonis sexennes
inducias paciſcebantur, et A^o. 1635 ad viginti
sex annos ^{cat} extendebantur: quibus duobus pactis
tota Livonia Svecis relinquebatur, ^{et} totò etiam
tempore, quò Christina Regina Sveciæ septimum
Svecicum tenuit, ^{in potestate sua} ~~in potestate sua~~ permansit. a. 14^{to} Jan.

Tempore primarum induciarum A^o. 1632.
in Livoniã Academia Dorpati instituebatur.
Cum postea A^o. 1654. CAROLVS GUSTAVVS
ad Regium solium Sveciæ eveheretur, Livonia
iterum à Moscis gravissimè affligeba-
tur: A^o. 1656. enim Magnus Dux Moscoviæ
ingentem exercitum ad urbem Rigam du-
cebat, urbemq; durissimã obsidione premebat:
Sed multi ~~obsessi~~ ^{obsessi} strenuè se defende-
bant; morbis multi ^{obsessum} ~~extinguiebantur~~ et auxili-
ares copia accelerabant: ut Moscis re infectã
discedendum esset.

Notissimã illã pace inter Polonos et Svecos
A^o. 1660. Oliod compositã, lites de Livoniã
plenissimè dirimebantur, ut fluvio D^{ne} ^{atq;}
vel D^{ne} Livoniam disterneret, Ut
ulterior pars Svecis; citerior verò Polonis
cederet.

Si igitur mappam Geographicam inspiciamus, minimam partem, nempe Duneburgum, Marienhaufium et alia viliora loca Poloni retinuerunt: Maxima vero pars Livoniae Svecis in ~~provinciam~~ ^{obvenit} relicta est. Econtra Reges Sveciae de omni jure in Curlandiam cessum et Pontificia Religioni addictis liberum sed privatam religionis ^{usus} exercitium permisit. De titulo et insignibus inter eos conveniebat, ut uterque Rex illis uteretur.

d. 17. Jul. 1700

X.

Qui tandem Reges integram Livoniam tenuerunt.

Ultimi duo Caroli XI. et XII, quibus quadraginta annis Livonia belli immunis fuit.

Año. 1677. Riga magnum incendium ortum ducentas sexaginta domos consumebat. Christianus, Happe dictus, à Moscis emtus hoc incendium excitaverat. Comburebatur, cum se ipsum prodidisset.

Año. 1694. multa Equitum feuda Patrimonie Regis restituebantur, et cum Ordines in scriptis ad Regem literis durioribus verbis usus fuissent, precipui Holmiam ducti, usque ad mortem Regis Año. 1692. in custodia habebantur.

Año. 1695. Livonica Academia Dorpato Perennariam transferebatur.

Atō. 1697. Livonia summâ rei frumentaria inopiâ 23.
premebatur.

Currente hōc 1200. anno primaria Livonia urbs
Riga à Rege Polonia obsidione cincta est, cujus
obsidionis eventus expectatur. d. 18. Jan.

Appendix de Curlandiâ Preparatio?

I.

Qui olim Livonia fuit status?

Jam supra memoratum est, Curlandiam et Sem-
galliam olim partem Livonia fuisse. Ita etiam
antiquorum incolarum et fatorum terrarum
villarum eadem conditio fuit.

II.

Quando Livonia ad Christianam fidem
conversa est?

Duodecimō seculō, cum circa annum 1158. primi
Christiani mercatores in Livoniam venissent,
et cum Atō. 1169. episcopatus Rigensis institueretur.
De hōc pluribus in historiâ de Livonia dictum
est.

III.

Qui Curlandiam hactenq; sub potestate et
ditione habuerunt?

Quemadmodum Livonia principiō sacris equitib;
et postea secularibus Regibus subjecta fuit:

Ita etiam principiō sacri Equites et postea secu-
lares Duces dominium Curlandiâ habuerunt,

itaque duas Periodos constituimus.

I Periodus ab ann. 1204. usq ad ann. 1561.
comprehendit 357. annos, quò temporis
spatiò Equites Curlandiam tenuerunt.

II. Periodus ab ann. 1561. usq ad ann. 1700
continet 139. annos, quò tempore secula
res Duces Curlandiæ imperaverunt.

I. Caput.
De Curlandiæ sub Equitibus!

IV.
Qui Equites principatum Curlandiæ tenuerunt

A. 1204. Ensisiferi Livoniam occupaverunt,
qui curâ frangendorum et domandorum
Curlandorum citra Dunam vacaverunt,
quia ultra flumen in Esthiâ et Lettiâ ge
tiles illis negotium facessebant.

Postea cum A. 1239. Ordo Ensisiferorum
cum Ordine Equitum Teutonicorum con
jungeretur, Livonia Magister Provincia
lis preficiebatur, qui ex Magistrò Ordinis
Teutonici pendebat.

Hi Magistri Provinciales Livoniâ non
citius destiterunt, quam Curlandiam et
Semballiam sub jugum misissent. Curlan
quidem repugnabant, et Mendogi Ducis
Lithuanici præsidium implorabant.

Cum verò ille nomen suum Christo daret, Ma 24.
gistro Provinciali A^o. 1252. Provinciam Cur-
landia cedebat. Sed interpositò longò tempo-
ris intervallò A^o. demum 1288. integrè hæc
terra sub potestatem Ordinis Teutonici sub-
jungebantur. Primus Magister Provincialis,
qui totam Curlandiam possedit, fuit Conra-
dus de Hertzenstein. W

Cum postea Magister Provincialis ~~Walter~~
de Plettenberg A^o. 1513. ab Ordine Teutonico
se redimeret, Curlandia, ut hæctenq; pars
Livoniae permanebat; Quia etiam hic
Magister Lutheranus se profitebatur,
sub eò etiam in Curlandiâ lux Evangelii
extorta est. d. 22. Jan.

Tandem cum Mosci A^o. 1658. et sequentibus
annis in Livoniâ immanisimos se præberent,
ultimus Magister GOTTHARD KETZER
A^o. 1661. totam Livoniam Regi Poloniae S^o.
SIGISMUNDO AUGUSTO tradebat; CUR-
LANDIA vero et Semgalliam sub titulò
Secularis Ducatus clientelari fide sibi suisq;
posteris recipiebat.

II Caput
De Curlandiâ sub Equitibus.

V
Qui Duces Curlandia hactenus fuerunt?

GOTTHARD KETTLER.

Primus Dux Curlandia
ab A. 1561. usq. ad A. 1587.

Oriundus erat e Ducatu Bergensi ad
Rhenum. Quia de causa religiosum Ordinem mutaverit, jam narratum est. Magni
Lutherana^{na} Religionis zelo flagrabat.

FRIDERICE Dux Curlandia
ab A. 1587. usq. ad A. 1639.

Filius antecedentis. Cum A. 1620. Sveci et
Poloni inter se bellum gererent, Curlandia
valde vexabatur, et sedes Ducis Mittavici
A. 1622. in potestatem Svecorum veniens
sed inducis A. 1629. factis restituebatur
et improprie decedebat.

WILHELMUS Dux Curlandia
succed. A. 1639.

Frater antecedentis. Obcedem a mini-
stris suis A. 1613. Mittavici factam, terra
suis excedere a Rege Poloniae iussus in
Pomerania commorabatur.

JACOBUS Dux Curlandia
mor. 1602.

Filius antecedentis. Cum A. 1655. Sveci et Poloni iterum inter se dimicarent, hic Dux A. 1658. à Svecicò. Belli Duce Duglas è sede suâ cum gravidâ suâ conjuge Louysâ Charottâ è domò Brandenburgicâ captivus Narvam ducebatur; et brevi post Olivenfi pace restituebatur. à 24. Jan.

FRIDERICVS CASTONÆVS
Dux Curlandiæ

ab A. 1682. usq. ad A. 1689.

Filius prioris. Prima ejus conjux erat Sophia Amalia Nasoviensis, ex quâ tres filie supererunt, nimirum Maria Dorothea nata A. 1684. Eleonora Charlotta, nata A. 1686. Couyse Amalia, nata A. 1687.

Secunda conjux et superstes adhuc vidua est, Elisabetha Sophia soror Electoris Brandenburgici A. 1691. matrimonium inivit et A. 1692. modernum Principem Fridericum Wilhelmum in lucem edidit.

FRIDERICVS WILHELMVS

modernus Dux Curlandiæ

natus A. 1692. succed. 1696.



Unicus filius prioris Ducis, annum agens
octavum. Mater ejus tutelam gerit.

Restat etiam ejus patruus, FERDINANDVS:
Primogenitus sub Rege Polonia, et postea
sub Electore Brandenburgico stipendia fe-
cit. Religioni Pontificia addictus est. Co-
lebs adhuc est.

Præterea etiam dua amita supersunt, nimi-
rum CHARCOTTE SOPHIA Abbatissa
Herfordia in Westphalia; et MARIJA
ANASTASIA conjux ^{Caroli} modernæ Landgraffi
Caroli Hasso = Casselensis. d. 28. Jan.

* * *

Versio

Quæstionum nonnullarum

ex

Historiâ Politicâ

ejusq; parte primâ


Joh. Hübneri

Rect. Gymn. Martisb.

SI G F T M V N D V S

Rex Hungarid

Elect. Brandenburg. a. 1373.

Rex Hungarid. 1387.  Impe-

rator. 1411. Rex Bohemid 1419.

mor. 1437. Imperatoriam digni-

tatem tenet 26. ann: ætatis

70. ann.

Caroli IV. secundogenitus filius, ad
Imperatoris Wenceslai frater erat: quia
jam longè antè ad clavum sederat,
te omnia videndum est, quid, antequam Im-
peratoriam dignitatem adeptus est, de ea
notandum sit.

Pater ejus Carolus IV. Marchiam Branden-
burgicam de Ducibus Bavarie tantam huic
mundo a. 1373. tradebat, et hoc modo post
mortem patris sui Elector Brandenburgicæ
erat.

Postmodum hic Sigismundus Anno 1388. C
R. H. M. heredem Regni Hungarici ma-
monio sibi copulabat. Ob quam tamen ha-
reditatem acerbe multa ferebat. Nam
1396. a Turcis ad Nicopolin summò cum
exitio depugnabat, ut supra in Turcicâ hi-
riâ in vitâ Bajazethi I. memoratum est.

l. 29. Jan. Et cum à fugâ domum reverteretur, ab Hun-
garis indignis modis exceptus, a. 1397. ve-
non a. 1401. in carcerem conjiciebatur,
omnia in Hungaricâ historiâ prolixè ex-
canda sunt.

Tandem a. 1411. Romanus Imperator eligitur,
et quia eò tempore Marchiam tenebat
in die Comitiali sibi ipsi suffragium fer

27.
lib eō autem notatu dignissima contigerunt,
desertim, quod ad Concilium Constantiense,
Illud Husiticum, Electoralem dignitatem
Brandenburgicam, Electoralem dignitatem
Saxoniam, et Concilium Basileense attinet,
et omnia accuratè examinanda sunt.

quod Concilium Constantiense concernit, illud
1414. inchoabatur, et ad Annum 1418. produ-
citur. Causam huic concilio dabat, quod A.
1278. Romanus Imperator CAROLVS IV. et Ponti-
ficus GRÉGORIVS XI. eōdem die morte occum-
perunt: Quia igitur Cardinales dissidentes
Concordiam adduci non poterant, SCHAISNA
in Ecclesiā ortum quadraginta annos per-
ibat. d. 31. Jan.

tiō duo tantum Pontifices erant, quorum al-
ter Romæ in Italiā, alter Avinione in Galliā
sedebat: Ad hos tandem tertius accedebat, ut
Hymundus susceptō Imperiō tres Pontifices
veniret, nimirum IOHANNES XXIII.
Romæ; GRÉGORIVS XII. Ariminii; et
BENEDICTVS XIII. in Hispaniā.
Isti vero hi tres Pontifices certatim mutuo
excommunicabant, cā piorum communionem

et societate se ^{in vicin}excludebant) haud medio
cri Ecclesid offensione, Imperator Sigis-
mundus primam curam in id statim ac-
commodabat, ut huic malo remedium ad-
hiberet; quod non nisi in universali concilio
fieri poterat. **CONCILIUM** ad Lacum
Podamicum ^{huic negotio} ~~apud~~ videbatur, à quâ urbe
CONCILIUM CONSTANTENSE
nomen tulit. (obtinuit) d. 1. febr.

A. 1414. Concilium initium sumebat,
et præter Imperatorem Sigismundum
et Pontificem Johannem XXIII. trecenti
quadraginta sex Episcopi in eò aderant.
Et quidem, quod ad Schisma attinet, omnes
tres Pontifices inhabiles declamabantur
JOHANNES XXIII. in carcerem con-
ciebatur; **GRÉGORIUS** XII. sponte digni-
tatem suam deponebat; et **BÉNÉDICTUS**
XIII. titulò quidem in Hispaniâ per aliquod
quot adhuc tempus utebatur, sed pauci
eò pendebant. E contra ab universo Concilio
A. 1417. novus Pontifex **MARTINUS**
eligebatur, qui quasatum Pontificatum
in Ordinem redigebat. d. 4. febr.

28.
libus verò laboribus Imperator Sigismun-
sus in Schismate hoc tollendò perfunctus sit,
unde colligi potest, quia ipse durante Concilio
anno 1415. in Galliam, Angliam et Hispaniam
proficiscebatur, non aliam ob causam, ^{quam} ut illis
principibus aperiret, quò cogitationes sue
Concilio Constantiensi intenderentur, easq;
de meliori notâ commendaret: Quod
Imperator Maximilianus I. semper miratus
est, et Sigismundum hanc ob causam sancti
romani Imperii lictorem vocavit, quod
episcopos undique compulisset.

Inter hæc Husitici motus in Bohemiâ latius
diffuserant, et licet Sigismundus eò tempore
vivò adhuc fratre Wenceslao Rex Bohemie
regnandum esset, curam tamen hujus Rei susci-
pebat, et controversias has Concilio cognoscen-
das committebat. Negotium hoc breviter ita
habebat.

Incipitiò Seculi decimi quinti JOHANNES HUS
natione Bohemus, et Professor Pragensis arti-
culos quosdam Pontificiæ Religionis publicè
probat, et præsertim illos Articulos in lucem

protraherat, quos ante centum annos
supra memoratus JOHANNES WYCKLIFF
in Angliâ defenderat. Hieronymus Prag
sis et Jacobus Misnensis Collega ejus i
fideliter assistebant, et aequè in cat
drâ Ecclesiasticâ ac Scholasticâ pu
cè docebatur, Pontifici majorem pot
tatem non competere, quam alii Ep
pos; purgatorium, piacularia sacrificia
aquam lustralem, extremam unctionem
confessionem auricularem et sanctorum
adorationem humanas easque impias tradit
ones esse; Clericos possessionem secularium
honorum non decere; et sacram Synaxim
d. 7. febr. sub utrâq. specie accipiendam esse. di
Bohemis igitur à Hussis, studiosis
verò adventitiis à Pontifice pendet
tibus, Academiâ Pragensis, in duas
factiones scindebatur: et his litibus
Rex Wenceslaus delectabatur: Quia
enim ab utraq. parte largis muneribus
afficiebatur, litem procrastinabat, et
vox Huss Bohemicè anserem denotat

dicere solebat: Johannem Hus bonum esse 29.
anferem, ^{quia} Regi suo aurea ova pone-

ndem Bohemi advenis superiores erant,
porum Germani numerosissimi erant:
vam ob causam multa millia Studioso-
m Pragâ relictâ s. 1409. tum in Ger-
aniam, tum in Poloniam se conferebant.
vâ occasione dua Academia Lipsiensis
Cracoviensis condita sunt. ~~Luca~~

materea vulgus animo maximè capiebat
tororum fidei articulum de sacrâ Synaxi
ad utraq. specie accipiendâ; qui igitur do-
laminâ Johannis Husi addicti erant, calicem
Symbolo eligebant, et eum ubiq. ad parietos
dium pingebant, ut eò tempore sequens versus
s. imponeretur:

let pingit calices Bohemorum terra per urbes,
Ut credas Bachi numina sola coli. d. 11. f. 11.
nc Johannem Hussum Concilium Constantiense
iudicium citabat, et quia Bohemi concedere volebant,
appareret, fidem publicam Imperator interponebat:
Quo vero cum Collegâ suô Hieronymo Pragensi accederet
puebant: Hæreticis non est servanda fides, non dispu-
erant cum eò e verbo Dei, sed e traditionibus Ecclē-
tati initiô Atim in durum carcerem conjiciebatur,

et tandem cum doctrinam suam retractare
nollet, ad ignem condemnabatur: ad ne-
cem Constantiæ An. 1415. rapiebatur,
Collega vero ejus Hieronymo sequenti
1416. annò martyrii corona simpo-
nebatur.

Johannes Huss ante mortem suam
vaticinabatur, post centum annos im-
alium Reformatorem venturum esse
haud tamen cremandum, quod in Sue-
thero etiam expletum est. Cum ani-
madverteret, simplicem rusticum stra-
minis fasciculum rogo subjicientem
ad flammam augendam, Huss excl-
mabat: ô sancta simplicitas! In
ubi rogo positus erat, in hunc usque
diem gramen non procrevit. Plura
specialia ^{ex} historiâ Ecclesiasticâ
~~re~~ ^{pe} tendenda sunt, quò hæc materia potius
simum pertinet. Hactenus dictis in
Aoriâ Politicâ carere non possumus.

d. 12. febr.
Hinc bellum Hussiticum orieba-
tur. Quia enim fides publica ab
peratore Johanni Hussò data viol-

erat, Bohemi cruentum Gellum 30.
re scipiebant: Et cum brevi post Rex
Venceslaus moreretur, et Regnum
Bohemicum ad ejus fratrem Impera-
torem Sigismundum rediret, Bohemi
illum respuebant, illiusq; copias ceber-
simô Gelli Duce ŽATSKA prosternebant.
Ita ut Sigismundus bellô hoc octo-
decim annos nimirum ab A. 1418. usq;
A. 1436. consumeret, et ultimô de-
um annô ante mortem suam quietam
possessionem adipisceretur; in bellô
hoc Husfiticô multa specialia occur-
erunt, quæ non in Romanâ, sed in
Bohemicâ historiâ videnda sunt.
Durante adhuc Conciliô Constantiensi,
Imperator Sigismundus Marchiam
Electoratam Brandenburgicam A. 1409.
cum temporis Comiti Hohenzolle-
nsi et Burggraui Norinbergensi
vendebat, cujus posteri

non solum in hunc usque diem Brandenburgicum Electoratum possederunt, sed etiam vires suas maxime auxerunt. specialiora in historia Brandenburgica occurrunt. 2. 14. is
Tempore belli Hussitici Electoralis dignitas Saxonica, quam antea domus Anhaltinensis possederat extinguebatur. Et quidem videbatur, interitus hujus lineae a facti necessitate pendere. Elector enim Rudolphus III. A. 1418. a Bohemis veneno necabatur; duo ejus filii Wenceslaus, et Sigismundus A. 1406. Schweidnicii dormientes a turri corruente contundebantur et frater ejus Albertus III. ultimus Elector A. 1422. terrore percussus moriebatur, quia in venatione tugurium incendiò consumebatur in quod cum conjuge sua diventerat. d. 15. Febr.

31.
Si igitur Electoralis hæc dignitas

Saxonica in proximum agnatum

conferenda fuisset, ERICVS Dux

Saxo-Lauenburgicus proximus fu-

isset. Quia ^{verò} enim hic simultaneam in-

vestituram nec expetiverat, nec in-

petraverat, Imperator Sigismundus ^{tum temporis}

FRIDERICVS BECCOVEN ^{Marchionem}

Misnensem Electorali digni-

tate exornabat ob præclara sua me-

rita, à quò hodierna gloriosissima

Electoralis Domus Saxonica descen-

dit. Quare verò Linea Lauenburgica

exclusa, et quæ hinc lites ortæ sint

vel è speciali Saxonica historia vel

ex jure Publico petenda sunt. Interea

notandum, duas domus Electorales, quæ

hodie vigent, Saxoniam et Brandebur-

gicam eodem ferè tempore hunc hono-

rem adeptas esse. d. 18. Febr.

Aliquot annis ante mortem Sigismun-

di novum CONVENVEN Basileæ insti-

tuebatur, quod ab A. 1431. usq; ad
1444. duravit. Quia enim Clerici
in Concilio Constantiensi bene proge-
spectum erat, iam eò tempore inter
eos convenerat, ut semper imposte-
rum post decursum decem annorum
novum habendum esset.

Basileense hoc Concilium multum suc-
sumebat. Bohemis permittebat, sacra-
coenam sub utrâq; specie uti, si illis
placere; qui ^{hoc} faciebant, status *UT*
UTRAQUE; quibus vero hoc facere
libitum non erat, postea status *UT*
UT, nimirum specie, vocabantur.
Porro Concilium hoc concludebat, Con-
cilium supra Pontificem esse: Et cum
Pontifex *EVGENIVS* IV. ferre hoc
nollet, Concilium illi Pontificatum ad-
gabat, et *FELIX* V. è domo Sabaudæ
in locum ejus sufficiebat. Tandem verò
Concilium hoc infauftum exitum
habebat. D. 19. Febr.

32.
Nam Imperator Sigismundus defen-
sor Concilii moriebatur; Pontifex Eu-
rogenis IV. in Italiâ Ferrarâ et Floren-
tidi Concilium illi oppositum insti-
